

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Infirmitas i
cum fontibus primis

Bona ualitudo iocundior
est eis qui de graui morbo recreati sunt
quam qui nunquam egro corpore
fuerunt.

Seneca in epistola.

Quibus ego omnibus antea rebus sic
fruebar ut nemo magis: sed tamquam
bona valetudo iocundior
est iis, qui e graui morbo recreati sunt,
quam qui numquam aegro corpore
fuerunt,
sic haec omnia desiderata magis quam
adsidue percepta delectant.

Marcus Tullius Cicero, *Post reditum ad*
Quirites oratio, 1, 4 (T.E. Page et al.
eds., p.104).